

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 53

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 40

[40] De viro, qui super alium querimoniam fecerit pro bonis, que sibi dicit esse innata. Capitulum XL

<Lx<sup>a</sup>> [C]onqueritur vir super alterum pro bonis, que vera [/] sua hereditas sit, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a patre suo, agnato, aut a suo predecessore, et ille si comparet super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum deffensionem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, contradiccione qualibet et non obstante et est iuste ac rite meum predium censuale, ipsum oportet suum deffensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defendente seu defensore conservat sua bona in eo, si defensio fuerit, ut iuris est, ad defensorem. Sin autem sibi defactus [/s/] fuerit in defensore, actor conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, aut hereditatem obligatam, aut datam proprietatem, aut predium censuale, cum impossibile, si aliquem de naturali porcione defraudari.

<sup>a</sup> na marginesie

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]